



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructorii Conscientiæ R. P. F. Lvdovici Lopez Ordinis Prædicatorvm ...

In qua reliquæ materiæ quæ ad Instructionem Conscientiæ pertinent ex
Orthodoxis Ecclesiæ iudiciis & scholasticorum Theologorum, tum
Iurisconsultorum resolutionibus scitu perutiles latè & copiosè disputantur

López, Luys

Lvgdvni, 1588

Adhuc peragitur de bonis ab hæredibus acceptis adducendis ad cumulum
diuisionis, & de donatione inter coniuges. Cap. XXII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41259

si id donando expresse non dixerint parentes. Non tamen valida sit donatio in eo, quod tertiam & quintam exceperit: neque parentes possunt aliam superaddere faciendæ meliorationem.

¶ Hanc tandem parentes usque an proprium obitum reuocare posse concedit lex prima recopilationis nouæ eodem tit. & libro pro libito: nisi in tribus casibus ibi exceptis. Primus est nisi per contractum inter viuos parentes induxerint in possessionem rei, vel rerum in dicto tertio contentarum personam ad auctam tali parte tertiam. Secundus casus est nisi coram tabellione tradiderint talis donationis filio donatario instrumentum. ¶ Tertius casus est nisi talis contractus initus fuerit ex causa onerosa cum tertia persona, scilicet, via nuptiarum, vel ex alia simili causa, quia in his tribus casibus cauetur quod donatio tertia partis assis non possit per parentes, vel donatores reuocari: nisi ipsi donatores in eodem donationis contractu seruauerint sibi facultatem reuocandi, vel nisi alia interueniat causa propter quam, secundum iura regni, donationes perfectæ, & iure factæ fiunt reuocabiles, veniuntque reuocandæ.

¶ Quarta conclusio, filius insuper ad collationem ceteris fratribus adducere non tenetur ea quæ remunerationis causa pater sibi donauit, quatenus pater laborem industriamque filij qua substantiam paternam adauxit remunerauit in ea quantitate filium laborantem augendo, quam contulisset sic inserviienti extraneo. Hæc conclusio licet in supradictis fundamentis Nauarri contenta esset, maioris explicationis & ordinis gratia est hic ultimo expressata.

¶ Aduerte tamen quod tutius asseritur quod filius familias iure naturali tenetur solvere iam emancipatus quod emit, aut mutuo accepit ante emancipationem licet victoria in suis scriptis appareret dixerit quod si velit uti priuilegio legis Macedonianæ: in sui gratiam id solvere non teneatur.

¶ *Adhuc peragitur de bonis ab heredibus acceptis adducendis ad cumulum diuisionis, & de donatione inter coniuges*

CAP. XXII.

Q. 1. **P**raterea prosequendo materiam hanc: quæstio successiue se offert, verum filius studio vacans, ad cumulum

cumulum partitionis, libros, & sumptus teneret afferre: quos expendit pater in sustinendo filium in scholis.

¶ Pro expeditione quaestions statuitur prima propositio, filius ad collationem adducere teneret cum alijs fratribus, res eas omnes, quas pater pro illo emit, si tales res, vel bona per patrem illi in vita non sunt tradita, sed penes patrem pro filio sunt reservata. Haec conclusio est Navarri & patet, quia si libri, aliæve res, aut suppellectilia à patre in possessionem filiorum, non sunt tradita in vita, ergo neque causa donationis ista bona acceperunt, vel titulo auctoris, aut mejorationis censentur accepta. Neque etiam filius doctor iam effectus, aut miles potest ista bona sibi ascribere, quia ista bona non fiunt castrensia, aut privilegiata, nisi post illorum actualem traditionem. Unde adducenda sunt ad cumulum divisionis.

*a Navar.
Sum. Lat.
c. 17. num.
156.*

¶ Secunda conclusio, filius non emancipatus, teneret ad cumulum partitionis afferre libros etiam sibi traditos à patre dum in studio versatur, si tempore mortis patris non erat ad doctoratus gradum promotus, vel sacris initiatus, vel institutus advocatus. Nam si tempore donationis librorum, erat iam doctor, vel advocatus acquiruntur ei quasi castrense. Haec conclusio patet de castrensi peculio. l. nec poterit sic donatum revocari, b quasi donatio sit incontinenti valida. Unde non communicabuntur, in dicta. l. i. Similiter donatio facta filio initiato sacris valet, & nisi in eo quod est inofficiosa non venit communicanda cum alijs fratribus.

*b l. si filius
c. famul. et
ciscund.*

¶ Tertia conclusio, non teneret alijs communicare fratribus ea, quae pater in eius studio insumpsit siue filius promoveatur ad doctoratum, vel magistrum siue non: nisi pater penes se bona adventitia, seu castrensia, aut quasi castrensia haberet filij. Quia si aliquid filij huiusmodi, scilicet castrense, vel quasi castrense, erat apud patrem, tunc tales sumptus studiorum computabuntur in suam partem. Prima pars conclusionis patet. l. quae patet. ff. familiae herciscun. quoad secundam partem faciunt not. in l. fin. C. de dotis promissione.

¶ Quarta conclusio, si filius familias pecuniam datam à patre pro emendis libris consumpsit cum meretricibus, vel ludendo, vel huiusmodi, post mortem patris computabitur

d Hæc con tabitur ei in suam partem.^d

clu. est Bar. ¶ Quinta cōclusio, si filius in cōpetit de mādato patris, vol. in ay. viuentē patre studere, patre mortuo si studium comple. thet. quod re voluerit, vel doctorari, faciet de suo: nisi pater aliter or locum. c. dinauerit. Hæc est Bartol. in tractatu, quia hic est nouus de collat. actus. C. de le. l. si seruus obligatus. ff. sed si hæc fratres e Impensa eius ad prosequutionem eius studij. tenentur.

study. ¶ Insuper & confinis accedit & alia quæstio, an filius doctoratus ad acceruum, diuisionis, adducere teneatur ab extraneo mortuo pa sibi relictum, quādo sui patris intuitu datum est. Sit igitur tre si fra suo ordine. 6. cōclusio, filius cōmunicare tenetur cū alijs tres sine so fratribus solo intuitu patris sibi donatū ab extraneis. Hæc eij omniu conclusio est Bart. in tract. prædicto: hæc conclusio patet bonorum quia talia bona sunt profecticia, quorum vsusfructus, & cōmunes in bo- proprietas acquiritur patri. Secus est quando huiusmodi di bona donata sunt filio, cōtemplatione suimet, & non nis nō de intuitu patris, aut quando huiusmodi bona donata sunt bet cōpu filio, quando iam emancipatus est, quia tunc huiusmodi tari alteri bona non veniunt cōmunicanda, quia sunt iam sua.

fratri in ¶ Sed quid si non appareat cuius cōtemplatione sit da partē sua. tum. Respondetur, quod deprehendendum est ex futuro Bal. in au- euentu, quia si relinquitur vt habeat illud post mortem rhen. quod patris, relictum tunc præsumitur cōtemplatione filij. locū. c. de Si tamen vt habeat viuentē patre tunc præsumitur et coll. cōtemplatione patris fuisse donatum. Similiter et opere potest comprehendi, nota in l. socium. qui. §. fina. ff. pro socio. Nota insuper quod si pater donat filio præcedentibus meritis filij: erit hoc aduentitium, licet videatur Nauarrus in sinuasse esse mixtū, sed parum referet.

Qō. 2.

Qō. 3.

f Ita tenet Si autem donat non propter merita, sed vt filio, erit simplex donatio, quæ non valebit nisi morte patris cōfirmetur.

¶ Adde quod licet fratres teneantur soluere pro sua parte, debita honesta, quæ superstiti patre, studendo suus frater in studio contraxit, post obitum tamen patris si in studio velit perseverare studiumq; continuare, et sua legitima id faciet tantum.

Qō. 4.

¶ Dubitare quoque solet an filius sumptus, quos in bonis suis aduentitijs, pater eius expendit, quorum curam gerebat, vsuque potiebatur, teneatur in sua legitima computare.

computare. Et videtur quod non, quia si pater id sumptus fecit, iam sibi recompensavit, inde fructus sibi reportando. Igitur duobus his dictis fit satis quaestioni. Primo, quod non tenetur filius in sua legitima, eos sumptus computare, quos necessario fecit pater pro collectione fructuum, quos ex bonis adventitiis filij, in vita sibi demerebat pater, quia postquam ipse pater, sibi vendicat ex bonis adventitiis fructus, ad ipsum spectat solvere, pro fructibus percipiendis necessarios sumptus, quia iuxta regulam iuris, qui sentit commodum, debet sentire & onus.

¶ Secundo dicitur, quod si pater ad augenda bona adventitia filij, verbi gratia ad perpetuam utilitatem possessionum, sumptus fecit: tunc eos filius in suam legitimam sortem computabit; quando eos animo repetendi pater fecit, Si autem expensas eas sine animo repetendi, pater insumpsit, tunc neque eas in sua legitima filius computare, & solvere tenetur.

¶ Sed quid quando haeritatur quo animo expenderit, an repetendi animo, aut non. Respondetur, si illa expensae non sint magni momenti, sed potius parvi valoris, & pensae, tunc in dubio censendum est, patrem eas fecisse sine animo repetendi. Si vero tanti momenti sunt, quod extimationem fructuum inde colligendorum, excedunt: tunc in dubio patrem eas animo repetendi fecisse iudicabimus. Quare filius eas tunc solvere, aut in sua legitima computare tenetur, ita Navarrus.

¶ Sed quid de sumptibus quos pater expenditur in filiorum, vel filiarum nuptiis? ad quam quaestionem quasi pari distinctione, venit respondendum dicendo, quod tales sumptus in nuptiis filiorum, vel filiarum impensos, tunc talis filius, vel filia in sua legitima sorte, tenetur computare, cum eas animo repetendi fecerit pater. Secus si eas fecisset cum animo non repetendi, sed donandi. Quod si de animo quo tales expensas fecerit, ambigitur tunc hoc stante dubio, secundum leges animo non repetendi fecisse eas praesumitur.

¶ Accedit & alia affinis dubitatio filia quae tempore nuptiarum accepit à patre, pro sua personae mundo

¶ Pars. F.L. Lopez. Instr. Consc. i mulie

Q. 5.

Q. 5.

g. l. 3. §. fi.
ff. de mune-
rib. & ho-
nor. & l.
ex parte §.
filius. ff. fa-
mil. heredi-
scande.

h. *Hæc Nam muliebri, vestes, ornamenta, iocalia, torques auar. in ad reos, similiaque, an teneatur ea in sua legitima, & dote dit. sup. c. computare.* Respondetur, quod huiusmodi bona com- 17. *nume.* putanda veniunt à filia, vel eius marito in legitima 166. & cõ sibi debita à patre: nisi pater in suo testamento expresse firmantur, se significauerit, se omnia ista velle filiae donare, l. *ex parte* ideoque præceperit, ne computarentur in legitima filia, §. *filius.* cõ ita Nauarrus^h quia alias nisi exprimat non præsum- glos. ff. *fa-* tur donatio: sed concessio vsus eorum. ⁱ

mil. *herci-* ¶ Sed necessaria in vsum quotidianum non tenetur *scunda.* computare, neque pretiosa supra dicta ornamenta, i *arg. lid* eo pretio quo constituerunt, sed quo valent tempore *vestimen-* collationis, sed neque in hoc pretio computanda sunt *tum. ff. de in* legitima, si opes, aut dignitas parentum, vel dan- *pecul. & l. uum,* sit adeo magna, vt illarum rerum, & ornamento- *mortis in* rum pretiosorum donatio præsumatur^k ita Syluester, *fi. ff. de do-* verbo peculium, quaestione. 12. ¶ Neque vestes lugubres, *nat. inter* quia vxoris sunt. ^l Item quod consanguinei mariti ipsi *vir & v-* offerunt, pertinet ad eum: & ad vxorem, quæ consan- *xor.* guinei vxoris ei dant Barr. ^m

k. *l. filius.* ¶ Iam nunc de donatione inter virum & vxorẽ, & in- *ff. de dona-* ter patrem & filium non emancipatum, an valida sit edi- *tionibus.* cendum nobis est compendiose: quo memoria magis to- *l. glos in l.* neatur. Dicimus ergo non valet donatio facta à patre fi- *ex re do-* lio nõ emancipato, neque ecõtra, nisi pro dote, aut matro- *mini. ff. de* monio donet pater, aut nisi donet filio mobilia pro bel- *stipul. ser-* lo, aut nisi de aduentitiis, quorum vsus in vita acquiruntur *uorum.* patri, patre donet filio, donans ei vsumfructum, aut ma- *m in l. sed* donet filio pro meritis, & seruitiis ab ipso acceptis, ran- *si plures. §.* tum quãtũ pater extraneo daret. ¶ Sed in foro exteriori *in arrogã-* vt teneat donatio pro meritis, probanda sunt hæc mero- *ro. ff. de* ta. Ne sufficeret patrem dicere se à filio talia obsequia, vt *vulgar. &* seruitia recepisse. ¶ Sed quid in dubio Respondetur in *pupil.* li dubio præsumendus est pater donare, ob merita si ver- *n. Dolto-* præcesserunt, quia alias solum propter liberalitatem *res in Au* præsumitur donasse.

ihen. *vnde* ¶ Valet quoque donatio inter filium & patrem in *si parẽs. c.* nibus casibus, etiam in quibus valet inter virũ & vxorẽ *de inoffic.* ¶ Porro donatio remuneratoria à matre, vel patre *facta filio,* licet morte confirmetur, non est ^a valida ^{etiam}

etiam si non reuocata sit in vita, in eo quod excedit, id est *testa. Bar.* de quo disponere possunt. ¶ Ad hæc filius, qui laborum suorum remunerationem non recepit à patre, in vita patris, nec de hoc conuenit cum patre, nec protestatus est se petiturum post mortem patris, non potest exposcere à fratribus hæredibus, eam remunerationem, quia amore filiali censetur fecisse.

¶ Insuper donatio inter virum & uxorem post matrimonium de presenti, inualida est in vita. Quia in vita est reuocabilis, licet per mortem confirmetur. Inualida lere affirmatur est etiam si ante reuocetur, nisi cum donatur pecunia.

pro adustis edibus restaurandis, igne absumptis. l. quod si o *Federic. vi. ff. de donationibus.* Et excepto etiam quando donator

obtalem donationem, pauperior non efficitur, quam uis recipiens ditior fiat. Et quando recipiens non sit ditior, quamuis donator pauperior fiat, & excepto quando

do donatur pro tempore, quo matrimonium finietur, ut scilicet res fiat mariti, aut uxoris, quando alter eorum morietur. l. sed interim. ff. eod. titul. Et excepto

quando donatio fit mortis causa, ut donatarius post mortem donatoris id habeat, ut in dicta. l. sed interim. Modico se in vita reuocandi facultate non priuet, secundum

glossam in dicta. l. sed interim. Item quando uxor marito donat ad aliquem honorem, & dignitatem consequendam. l. quod adipiscenda. ff. eo.

¶ Item quando stante matrimonio, uxori omnem dotem promissam, aut aliquam eius partem remittit glossa singula. & ibi. Cyn. & Baldus in l. si constante. de dolo- nationibus ante nuptias. Remissio tamen alterius de-

biti non valet. Et quando maritus uxori suæ in mensum, aut annum, aut quandiu superstes fuerit pro victu suo, & suorum certum quid pro exumatione fructuum p-

dotis, & nõ amplius deputat, & excepto quando impetrator, aut rex donat imperatrici, aut reginæ, aut illa illi. ff. de don-

¶ Adde insuper quod legatum relictum filix, cui debebatur dos, videtur relinqui in solutionem, aut in parte solutionis quia est debitum quod lege debetur, ita Sylu. q. l. penul. legatum. §. 12. secus si maritus debens dotem leget ali-

quid, ipsa potest repetere vtrumque debitum: est enim voluntario contractu matrimonij non necessario.